Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Millenarius namq; numerus p significationem pfectionis solet poni in scriptu
ris. quia nimirū numerū denariū quadratū solidū facit. Decē quippe decies
ducta centū faciunt. Quē uidelicet figura iā quadrata. sed adhuc plana est.
Verū ut in altitudinē surgat. & solida efficiat. multiplicat centū p decē & fiunt
mille. Quo pfecto numero stabilis & insuperabilis & uidet con quadrata iustor
conscientia designat. Quocūq; enī uerteris quadratū stabit. Sic & animus
electorū nullo temptationū occursu nouit a statu suo rectitudinis inclinari.
Batus autē hebreorū mensura est. quā ipsi bath nominant. habens modios tres.
Ipsa est & oephi. q̄d illi epha nuncupant. Sed oephi ad mensurā pruinē uariarū
frugū. tritici. hordei. leguminū. bathus ū est in specie liquidis. uino. oleo. aqua.
traq; bathus quia certe normē mensura est. opa designat equitatis & iustitiē
quib̄ hi qui in remissionē peccatorū baptizantur necesse habent instrui. Batos
quippe mille capiebat mart. cū a qua baptismatis plebē uidelicet ablueris ad
regnū celeste transmisit. Recipiebat & alios mille. cū ceta turbas nationū
eodē fonte renatas. & operibus iustitiē eiusdē regni pennis
fecit esse participes. Notandū sane in hoc loco quia sunt qui putant legē dni
phibitū. ne ut hominū. ut quorūlibet animaliū seu rerū similitudinē sculpam aut depingam in ecclia. ut alio quolibet loco. eo q̄d in decalogo legis dicit. Non facies tibi sculptile. neq; omnē similitudinē quē est in celo sursū & quē in terra deorsū. nec eorū quē sunt in aquis sub terra. Qui nequaquā hoc pictarent. si uel salomonis opus ad memoriā reuocassent. q̄ & in tēplo palmas intus fecit & cherubyn cū uarius celaturis. & in columnis illū mala granata & retes. in mari quoq; hoc eneo duodecim boues. & sculpturas hystriatas. s. & in basib̄ interū ut insequentib̄ legit̄ leones cū bubus. palmas. rotas. cū cherubyn. & uario picturarū genere fecit. ut certe ipsi moysi opa considerassent. qui iubente dno & cherubyn prius in ypiciatorio. & postea serpentē fē eneū in deserto. cui intuitu. populus uerorū serpentū ueneno saluarētur. Si enī licebat serpentē exaltari eneū in ligno. quē aspicientes filii israel uiuerent. cur ñ licet exaltationē dni saluatoris in cruce q̄ mortū uicit. ad memoriā fidelib̄ depingendo reducere. ut cetā alia cū miracula & passiones. q̄b̄ de eodē mortis auctore mirabilit triūphauit. cū horū aspectū multū sepe ēpunctionis solent p̄stare cruciatib̄. & eis q̄q; q̄ litteras ignorant q̄si uiua dominicē hystoriē pandere lectionē. Hā & pictura greece γραφικη id ē uiua scriptura. uocat. Si licuit duodecim boues eneos fecit qui mare sup positū ferentes. quatuor mundi plagas terni respicerent. q̄d phibē duodecim aplos pingere. & quom̄ euntes docerent omēs gentes. baptizantes eos in nomine patris & filii. & spē sēc. uiua ut ita dicerē p oculos omnū designare scriptura.